

IOANNES DE TORRES ROMANVS

Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ

ARCHIEPISCOPVS ADRIANOPOLITANVS,

SS. D. N. D. INNOCENTII Diuinâ Prouidentiâ Papæ X. Prælatvs domesticus & Assistentis,

Ad Screnissimum IOANNEM CASIMIRVM Poloniæ & Succiæ Regem Potentissimū cum facultatibz Legati de Latere

N V N C I V S A P O S T O L I C V S .



Illecto nobis in Christo *S. P. Trinitati S. Spiritui ad Sedecarog. S. S.* salutem in Domino sempiternam. Exponere fecisti Nobis, qualiter ad animarum salutem procurandam, quoscunque Hereticos redeuntes, & penitentes, absoluendi & recipendi licentiam tibi benigne concedere dignaremur. Nos igitur quibus inprimis cordi est, ut omni heretica prauitas a mentibus hominum tollatur, ovesq; aberrantes ad caulam Domini gregis sedulo adducantur, & cunctorum Christi fidelium saluti prouide consularur, quia summo opere cupimus, ut Sancta Catholica, & Orthodoxa fides ubiq; floreat, & augeatur, Auctoritate Apostolicâ, quâ in hac parte fungimur, tenore presentium Tibi *S. P. Trinitati S. Spiritui* de cuius pietate, doctrina, morum integritate, & Catholica Religionis zelo, plurimum in Domino confidimus, ut omnes & singulos utriusque sexus tam Laicos, quam Clericos seculares, & cuiusuis Ordinis Regulares, Hereticos, Schismaticos, & à sancta fide Catholica aberrantes, atque alios occasione fauionis & defensionis Hereticorum, ac retentionis librorum hereticorum & Prohibitorum, eosq; gentes censuris huiusmodi inmodatos, non autem in huiusmodi errores relapsos, aut in Iudicio delatos vel condemnatos, nec eos qui sunt ex partibus in quibus vixit sancta Inquisitionis officium, penitentes quidem ad te sponte venientes, & à supradietis excessibus absolui humiliter petentes, ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, quas propter hæreses schisma, & errores huiusmodi quomodolibet incurrerint, dummodo eade sincero ac fide non fictâ schisma & errores huiusmodi in sacramentali confessione verbo detestati fuerint, anatematizauerint, abiurauerint, atque prestitio per seos iuramento promiserint, quod talia deinceps non committent, nec committentibus aut istis adherentibus auxilium, fauorem, vel consilium prestabunt, inunctâ eis & eorum cuiuslibet pro modo culpe penitentiâ salutari, & alijs iniungendis in foro conscientie, duntaxat circa ullam habilitationem & dispensationem supradietis excessibus & censuris absoluere, & in gremium S. Matrû Ecclesiæ libere & licite reconciliare possis & valeas, dummodo ad audiendas confessiones ab Ordinario tuo fueris approbatus. A Casibus etiam S. Sedi Apostolica referuatis, exceptis ab illis in Bulla die Cæne Domini contentis, licentiam & facultatem concedimus nostrâ legatione durante, quibuscunque &c. In fidem &c. Datum: *Vassauy* *24. Julij. die. 24. X. m. 1655.*

Ioannes Archiepiscopus Adrianopolitanus

V. Iacobus Elephantuccius Auditor.

Handwritten notes and signatures in the bottom right corner, including a large signature and the name 'Iacobus Elephantuccius Auditor'.

